

SCHRADER

**Nova
Genera
Plantarum**

1797





NOVA
G E N E R A
P L A N T A R V M.

AVCTORE

HENRICO ADOLPHO SCHRADER.



PARS PRIMA.

CVM TABVLIS AENEIS COLORATIS.

LIPSIAE 1797.

APVD SIGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.

Sp 512.2°

PLANTAM
CENTRA
NOTA

AVTOD



18 WB 227 (1)

LANDS
UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)



REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO
S. R. I. PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRANCISCO EGONI

EPISCOPO HILDESIENSI AC PADERBORNENSI
COMITI PYRMONTANO ETC. ETC.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

NOVA HAEC PLANTARVM GENERA

SEMPITERNAE VENERATIONIS DOCUMENTVM

DEVOTISSIMA MENTE DICAT

AC CONSECRAT

HENRICVS ADOLPH SCHRADER.



UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT
BIBLIOTHEK
MAGDEBURG
VERLEIHSTELLE
LEHRSTUHL FÜR
HISTORISCHES RECHT
UND VERFASSUNG
DES SAARLANDES
UND
NACHBAREN
LÄNDER
VERLEIHSTELLE
FÜR
RECHTSLEHRE
UND
RECHTSANWANDUNG
DES SAARLANDES
UND
NACHBAREN
LÄNDER



PRAEFATIO.

Nostris potissimum temporibus CAESALPINI, Viri gravissimi, sententia: „confusis generibus confundi omnia necesse est;“ accommodata esse videtur. In omnibus enim Systematis LINN. Classibus haud parvus generum numerus caractere inconstante, vago ac indeterminato invenitur, quae aut corrigi, aut in plura dividi, aut ob magnum specierum numerum, quibus recentioribus temporibus aucta sunt, accuratori examini subiici debent. Quapropter crescente in dies plantarum numero, rei herbariae culturae haud male consultum esset, si Cel. CAVANILLIS exemplo, vel integras Classes, vel familiae singulae, vel saltem genera nonnulla ambigua, nullis certis limitibus circumscripta, melius quam adhuc factum est, examinarentur. Systema certe LINNAEANVM sic firmaretur, perficereturque et specierum determinatio minus difficilis esset.

Novis igitur plantarum generibus edendis, opere, quod aut genera aliorum nova, minus bene constituta, aut mihi ipsi propria complectatur, communi necessitati, saltem in classe vicesima quarta occurrere, mihi propositum est.

In prima operis parte quatuor affinia genera, Cribraria, Dictydium, Licea et Didymium continentur. Characterem primi generis iam ante aliquot annos Ill. GMELENO, novae Systematis Naturae editioni inferendum communicavi. Tria reliqua hic nova proponuntur. Species quidem nonnullae, sub posterioribus comprehensae, antea notae erant, sed ad genera quam maxime diversa relatae.

Omnes fere Botanici nostras plantas fungus annumerant, verum quo iure ipsi videant. In prima enim evolutione pulvam seu substantiam mucilaginosam constituunt, quae, sensim crescendo, in parva, subrotunda, ovata vel aliter formata et ad maturitatem usque ex uno colore, in alterum trans-euntia capitula s. peridia abit. Haec peridia, membranae subiacenti nitidae plerumque innaescentia, integumenta tenuia membranacea efficiunt, quae maturitatis tempore vertice aperiuntur et massam farinaceam inclusam, filis s. capillitiis ut plurimum intertextam, effundunt. Agarici vero, Boleti et plurimae affines sub fungorum ordine comprehensae stirpes, superficie externa fructificante, germinatione, substantia aequae ac habitu adeo distinguuntur, ut neque in artificiali, neque in naturali plantarum divisione simul cum prioribus sub uno ordine vel familia comprehendi possunt. Propius tamen nostris accedunt Lycoperda cum nonnullis affinibus; at differunt substantia (in iuvenili statu) molli carnosae ac fragili, colore primitivo immutabili, et quod diametro multo maiori praedita sunt, nec unquam membranae subiacenti innaescentia reperiantur. Sic etiam in multis recedunt Accidium, Uredo et

Trichoderma PENSONII. Iure meritoque igitur in hoc opere descripta genera, cum *Trichia*, *Arcyria* et affinis generibus, propriam et a reliquis, imprimis externe fructificantibus fungis, diversissimam familiam naturalem constituere merentur.

Familia haec duas subdivisiones complectitur: 1) pulvere feminali capillitio intertexto et 2) pulvere feminali nudo s. capillitio destituto. Ad priorem pertinent nostrum *Didymium*, *Trichia*, *Arcyria*, *Stemonitis*, *Phyfarum*, *Fuligo* et *Spumaria*; ad posteriorem *Cribraria*, *Dictydium* et *Licea*. Prior subdivisio, si necesse esset, pro capillitii diversitate iterum in plurimas sectiunculas separari potest.

Sexuales partes quod attinet, certo affirmare possum, me a prima harum stirpium evolutione ad maturitatem usque, nullam partem invenisse, cui masculi vel feminei organi minus tribui possit. Sic etiam farinacea massa, sine dubio, ad propagationem destinata, cotyledonibus, rostellato et reliquis veri seminis attributis semper destituta reperitur; quapropter tota haec familia non immerito asexualium tribui annumeranda esset. Si eorum vero sententia, secundum quam per universum regnum vegetabile sexus dominatur, verisimilior est; in tota hac familia, et forte in plurimis affinis stirpibus, fecundationem non nisi aphroditarum more, quemadmodum a GAERTNERO in *Pilularia* etc. statuitur, perfici necesse esset. Utinam tamen res se habeat, vitio mihi verti posse haud vereor, quod massam farinaceam peridio inclusam, pulverem feminalem potius, quam semen vocare maluerim.

Specierum descriptioni cuiusque generis character generalis praemissus est, ut singularum specierum descriptiones breviores fierent, et differentia, qua una ab altera distinguitur, melius perspici posset. Plantas descriptas

VIII

omnes, *Cribraria purpurea* excepta, per diversum statum observare et examinare mihi licuit. Una vel altera species, pariter ad haec genera amandanda, saepe sub calce cuiusque generis, cui proxime accedit, ad ulteriorem disquisitionem allata reperitur, cum eas examinandi occasio mihi deesset.

Operi annexae icones, plantas nostras, ob nimiam parvitatem, mole auctiori referunt. Ab unoquoque etiam genere plurimae species, quoad magnitudinem et situm naturalem, delineatae sunt.

Postremo monendum, omnes descriptas et delineatas stirpes, nisi specialis locus natalis indicatus sit, in Goettingae propinquis terris, imprimis in Hercynia et nonnullis Ducatus Brunsvicensis silvis, nomine Hils et Sollingerwald bene notis, provenire.

D a b a m G ö t t i n g a e,

d. 14 m. Febr. 1797.

H. A. Schrader.



I. CRIBRARIA.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Peridium plus dimidia parte superne cribri in modum reticulatum, per cuius foramina pulvis feminalis effunditur.

CHARACTER GENERALIS.

Stipes linearis altitudinis aut paulo minor, magis minusve flexuosus, apicem versus attenuatus, glaber, maturitate rugosus vel leviter striatus, et saepe vario modo curvatus; basi denudatus, aut membranulae parvae nitidae, saepius vix conspiciendae, aut magis explicatae ac plurimis individuis communi, innascens.

Peridium $\frac{1}{2}$ vel $\frac{3}{4}$ lineae partem diametro aequans; modo erectum, modo cernuum; in aliis sphaericum, in aliis obovatum, in aliis aliter formatum; membranam constituens simplicem, glabram, ultra dimidiam partem tenuioris substantiae, nervis reticulatam et plerumque dilutius coloratam. Maturitate tenella haec membrana a nervorum reticulo dissoluta evanescit; peridium deinde pulverulentum et pulvere ipso fensim per foramina effuso, plus dimidia parte superne cribri in modum reticulatum invenitur. Inferior peridii pars, cuius margini reticu-

lum adhaeret, tenui quidem substantia gaudet, sed superiori reticulata parte paulo durioris est naturae, quoniam ad totius plantae destructionem integra et impervia manet. Superficie utraque glabra, saepius nitida, a basi ad marginem nervosa: nervis plerumque parallelis, appropinquantibus, ope lentis mediocriter argentis modo vix, modo luculentis distinguendis. Si prior peridii fractura locum habet, reticuli rami primarii ipsius peridii marginis denticulorum vel laciniarum inaequalium continuationem constituunt; si vero inferioris peridii partis nervi facile conspiciuntur, ex iis ipsis ortum ducunt. Reticulum ipsum, quamvis diverso hoc modo oriatur, et ramorum numero ac diametro diversum sit, quoad structuram tamen in plurimis aequale, rarius inaequale observatur. Anatomicum coniunctiones aequales, vel subnodosae, vel nodis distinctis instructae; rarius ganglion efficiunt. Foramina modo densa, modo paulo latiora; in reticulo aequali ut plurimum aequalia vel subaequalia; in inaequali et forma et diametro inaequalia occurrunt. Reticulum ceterum cum peridio aequalis est substantiae, adeo ut si hoc tenue sit, illud quoque tenue esse soleat. Reticuli color superioris peridii parti plerumque concolor.

Pulvis feminalis nudus seu capillitio destitutus, saepius lutosi coloris.

Observantur huius generis species ab exeunte aestate ad hyemis initium, ligno plerumque putredine corrupto nunc gregatim, nunc confertim, nunc sparsim immalescentes.

Observat. Specierum differentiae praecipue a peridii forma et directione, reticuli fractura et pulveris feminalis colore sumendae. Peridii color vix in hoc genere pro caractere distinctivo adhiberi potest, cum inferior pars superiori plerumque obscurior sit. Huc accedit, quod peridium post pulveris dispersionem semper dilutius appareat.

DESCRIPTIO SPECIERVM.

1. *Cr. Micropus*, conferta, stipite brevi, peridio rotundo-obovato: reticulo aequali, pulvere lutofo. Tab. 2. f. 1. 2.

Cr. argillacea, gregaria, argillacea, subrotunda: stipite breviusculo nigrescente. Perf. Observat. mycolog. p. 90.

Stemonitis argillacea, stipite nigrescente, capitulo globofo terreo. Perf. in Gmel. Syft. Nat. Linn. II. n. 1465.

Hab. non infrequens ad Abietum truncos et ramos putredine corruptos; rarius in Salicibus cavis provenit. Augusto ad Octobrem.

Stipes in hac specie peridio brevior, leviter flexuosus, primo fuscifcentis, demum nigrescentis coloris, basi membranulae albae nitidae innascens.

Peridium erectum, forma rotundato-obovatum, contra congenerum morem a basi ad verticem nervis obscurioribus reticulatum; tota superficie fuscifcenti-flavum s. colore, luto exsiccato simili, tinctum.

Pulvere feminali diffuso, inferior et integra pars utrinque laevissima, nitida, dilutior, et saepius, uti nonnullae aliae huius generis species, iridis colores imitatur.

Pulvis feminalis luti colore, sed modo dilutiori, modo saturatiori.

Observat. Peridii diameter $\frac{1}{4}$, nonnunquam $\frac{1}{2}$ lineae partem aequat, vidi tamen et femilineam latum. — Nomen triviale a primo inventore huic Cribraeae impositum, cum alio commutare necessarium duxi; quia argilla, omni fere colorum specie praedita, ad certum colorem designandum adhiberi non potest, et quia color, quo pulvis feminalis in nostra specie tinctus est, non solum huic speciei, sed et aliis congeneribus competit.

2. Cr. *piriformis*, conferta, peridio erecto piriformi: reticulo aequali, pulvere lutofo. Tab. 3. f. 4. 5.

Hab. ad Pini Abietis truncos putridos, quibus, ut in priori specie, plurima individua confertim adnasci solent. Mense Augusto ad Septembrem.

Stipes cum peridio $\frac{3}{4}$ lineae partes longus flexuosus, e fusco purpureus.

Membrana subiacens nitida, stipite concolor vel dilutioris coloris.

Peridium erectum, adultiori statu saepius subcerneum, piriforme; ab initio nigrescenti-purpureo colore, quemadmodum in Ceraforum nigrorum fructibus conspicitur, tinctum, dein fusco-nigrum, fuscum, maturitate plus minusve e flavo in fuscescentem colorem transiens.

Inferior vero peridii pars, sine lente spectata, ob nervorum fuscescentium copiam, quorum 40-50 adesse solent, paulo saturatior apparet.

Nervi paralleli, sed non raro flexuoso ductu ascendunt, inaequalis longitudinis, saepe cum nervo proximo anastomosin ineuntes, aut sub reticuli ortu per paria invicem coniuncti. Reticulum continuationem nervorum longiorum (25-30) constituens, est, ut in priori specie, tenue, aequale, densum et peridio concolor.

Pulvis feminalis lutosi coloris.

Observat. Inferior peridii pars nonnunquam, imprimis versus stipitem, dilute purpurascete colore tincta observatur.

3. Cr. *intermedia*, gregaria, peridio erecto piriformi: reticulo aequali, pulvere fulvo. Tab. 1. f. 2.

Hab. in iisdem cum priori locis. Septembri ad Octobrem.

Media quasi species inter *piriformem* et *fulvam*. Priori similis est quoad formam et reticuli ortum; distincta vero colore, stipite paulo longiori crassiori, pauciori inferioris partis nervorum numero, hinc reticulo minus denso, peridio maiori: juvenili albedo, et quod gregatim nec

confertim crescat. A sequente differt peridio, ut plurimum piriformi, nec obovato, reticuli ortu, loco natali crescendique modo; in reliquis omnibus cum ea convenit.

4. *Cr. fulva*, sparsa, peridio erecto obovato: reticulo aequali, pulvere fulvo. Tab. 1. f. 1.

Cr. rufescens, subturbinata rufescens, stipite flexuoso. Perf. in Röm. N. Annal. bot. p. 91. t. 1. f. 5.

Hab. in silvaticis plerumque ad terram, substratis tamen semper ramulis fractis. Mense Augusto ad Septembrem.

Stipes cum peridio lineam unam, absque peridio $\frac{2}{3}$ lineae partes altus, rarius brevior, primo rectus, dein flexuosus vel vario modo curvatus; ab initio fulco-purpureo, demum nigrescentis coloris, basi membranulae parvae, saepius vix distinguendae, innascens.

Peridium obovatum, erectum, adultiori statu saepius subcernuum, fulvi coloris. Inferior pars margine inaequaliter laciniata: laciniis 18-24 et plurimis, nonnunquam poro uno alterove pertusis; nervis 50-60, lentis ope vix conspiciendis, concoloribus, versus marginem evanescentibus, instructa; superficie laevissima, nitida, post pulverem elapsum dilutior. Reticuli rami ex marginis inaequalibus laciniis ortum ducentes, tenues, dilute fulvi coloris. Foramina paulo laxiora ac in *Cr. intermedia*; anastomosium coniunctiones subaequales, rarius ganglion efficientes.

Observat. In icone a Perfoonio l. c. data, stipes pro ratione nimis longus et reticulum nimis laxum exhibetur.

5. *Cr. aurantiaca*, gregaria, peridio cernuo sphaerico: reticulo aequali nodoso, pulvere aurantiaco. Tab. 1. f. 3. 4.

Hab. in fagetis ad truncos putrescentes, sed rarius occurrit. Gregatim nascitur mensibus Septembri et Octobri.

Stipes linearis altitudinis, gracilis, flexuosus, fufcescentis vel paulo faturatoris coloris, bafi denudatus aut membranula parva concolore cinctus.

Peridium $\frac{1}{2}$ lineae partem latum, primo erectum, dein cernuum; inferiori parte margine inaequaliter dentata, rufefcenti - aurantiaca, nervosa: nervis parallelis, denfe approximatis, difficile lentis ope diftinguendis. Reticulum tenue, denfum, flavefcens; anafomofium coniunctiones fufcescentes, nodofae: nodis subrotundo - angularibus.

Pulvis feminalis aurantiaci aut paulo dilutioris coloris.

6. *Cr. tenella*, gregaria, peridio cernuo fphaerico nitido: reticulo aequali nodoso, pulvere lutofo. Tab. 3. f. 2. 3.

Hab. in variarum arborum truncis putrefcentibus. Augufto ad Octobrem.

Affinis *Cr. aurantiacae*, at diverfa:

- a) peridio, praecipue inferiori parte fufca nitida.
- b) margine non nifi leviter denticulato.
- c) reticulo fufcescente.
- d) pulvere feminali lutofo et
- e) omnium partium habitu minori ac tenuiori.

7. *Cr. vulgaris*, gregaria, peridio cernuo fphaerico: reticulo aequali fubnodoso, pulvere lutofo. Tab. 1. f. 5.

Hab. frequens in pinetis ad truncos putridos et mufcos, etiam in fagittis inveni. Augufto ad Octobrem.

Stipes lineam circiter altus, gracilis, flexuosus, faturate purpureus vel fufcescenti-purpurei coloris. Membrana fubiaccens parva, nitida, fipite concolor.

Peridium directione, forma et magnitudine priori par; inferior pars margine denticulata, e flavefcente fufca, nervosa: nervis parallelis,

dense approximatis, lentis ope vix conspiciendis. Reticulum ex ramis 36-40 compositum, tenue, peridio concolor; anastomofium coniunctiones subnodosae.

Pulvis feminalis saturate lutosus vel dilute umbrini coloris.

Observat. Habitu haec species proxime *Cr. aurantiacae* accedit, colore vero, margine denticulato, anastomofium coniunctionibus reticuli ramis concoloribus, diversissima. — Variat nonnunquam stipite ac peridio paulo minore et pulvere dilutiore.

3. *Cr. intricata*, sparsa, peridio erectiusculo subrotundo: reticulo inaequali, pulvere lutofo. Tab. 5. f. 1.

Hab. passim in truncis abietinis. Mensibus Augusto et Septembri.

Stipes cum peridio femilinearis vel paulo altior, leviter flexuosus, colore e purpureo in fuscum tendente.

Peridium erectum, adultiori statu saepe subcervinum, forma obovato-rotundata vel subrotunda; inferiore parte glabra, fusca, post pulverem vero elapsum dilutioris coloris. Reticulum e marginis denticulis, quorum 16-20 numerantur, ortum ducens, rigidiusculum, peridio evacuato concolor, anastomofibus foraminibusque inaequale. Anastomofium coniunctiones pariter fuscae, subnodosae aut ganglia parva constituunt.

Observat. In nonnullis partibus cum *Cribraria* nostra conveniunt *tenella* et *vulgaris*; differunt vero et quidem

tenella: stipite gracili; peridio minore cernuo: margine denticulato; reticulo tenuiore aequali.

vulgaris, omnium partium habitu maiore; stipite pro ratione tenuiore; peridio pariter cernuo: margine denticulato; reticulo aequali.

9. *Cr. purpurea*, gregaria purpurea, peridio erectiusculo subrotundo: reticulo inaequali.

Clathrus pedatus reticulo fixo. SCHMIED. Analyfes t. 33. f. 2.

Hab. in vetustissimis plenariae destructioni proximis arborum truncis, saepius in consortio *Lycoperdi epidendri*. Hyeme post nivem fusam aut incipiente vere.

Stipes peridio duplo longior, flexuosus, demum curvatus.

Peridium erectum, subrotundum. Reticuli rami basi incrassati foraminaeque inaequales.

Pulvis seminalis, uti reliquae plantae partes, purpureo aut sanguineo colore tinctus.

Observat. Uberiorem huius, a me nondum visae, speciei descriptionem, qui scire cupit, adeat SCHMIEDELI laudatum opus.

10. *Cr. macrocarpa*, gregaria, peridio erecto obovato: reticulo inaequali, pulvere lutoso. Tab. 2. f. 3. 4.

Hab. in pinetis ad truncos arborum putridos, quibus gregatim, subiacente membrana fulco-purpurascente aut dilutioris coloris innasci solet. Exeunte autumno.

Stipes $\frac{2}{3}$ lineae partes vel lineam integram longus, crassiusculus, leviter attenuatus, colore fulco, demum e fulcescente nigro.

Peridium femilineare aut paulo latius, obovatum, erectum; superiori parte tenuiori, fordide flava, nervis obscurioribus reticulata. Reticuli rami 12 et plures, inaequales, sursum attenuati, saepius curvatum ascendentes et frequentes ramulos tenuiores, pariter curvatum divisos et subdivisos emittentes, quorum plurimi invicem anastomosi inaeunt; ceterum compressi, in anastomosium coniunctionibus passim ganglion constituentes, substantia rigiduli, nitidi, fulcescentis coloris. Foramina forma et diametro inaequalia. Inferior pars in hac

specie non nisi $\frac{1}{4}$ peridii partem efficiens, margine inaequaliter laciniata, reticulo, si pulvere est evacuata, concolor, nervis 20-30 luculenter distinguendis et in reticulum definitibus, infructa.

Pulvis feminalis lufosus five fulvescenti-flavi coloris.

Observat. Peridii magnitudine et reticuli structura facile distinguenda species, quae etiam in iuniori ftatu violaceo peridii mucilaginosi colore, in nulla alia huius generis specie a me observato, facile oculis occurrit.

Praeter allatas, huic generi annumerandae, restant binae sequentes Sphaerocarpi species BULLIARDI.

a. Sphaerocarpus *trichioides*, stipitibus simplicibus, nec striatis; pericarpis globosis, extus cancellatim nervosis. BULL. Hist. fungor. p. 124.

Var. 1. pericarpio crinito et fenestrato. l. c. t. 387. f. 2.

Ob peridium totum cribri in modum reticulatum ab omnibus congeneribus recedit. — Ad alteram varietatem, quae diversissima est, allatum Mucoris *cancellati* synonymum pertinere videtur.

b. Sphaerocarpus *semitrichioides*, stipitibus simplicibus, striatis; pericarpis globosis, dimidia et supera parte tantum cancellatis. BULL. l. c. p. 125. t. 387. f. 1.

Habitu et peridio ultra dimidiam partem superne reticulato, aliquam affinitatem cum *Cr. vulgari*, *tenella* et *aurantiaca* habet, ob pulverem vero flavum imprimis posteriori propius accedit, sed reticuli structura, quemadmodum a BULLIARDO in tabula citata depingitur, nullo modo Sphaerocarpum *semitrichioidem* nec cum *aurantiaca*, neque cum alia in unam speciem coniungi sinunt. — *Trichia* petiolata rufa, capitulo sphaerico. HALL. Hist. n. 2165. t. 48. f. 4. et *Trichia*

rufa HOFFM. Veget. Cryptog. 10. t. 2. f. 2. dubitanter a BULLIARDO allegatae, diverſam plantam indicant.

Cl. Perfoonius in RÖMERI Nov. Annal. bot. (Neues Magazin für die Botanik) p. 91. et brevi deinde in Obſervat. mycolog. P. 1. p. 90. de peridii ſtructure aliam ſententiam, quam ſupra propoſui, protulit. Habet enim reticulum pro capillitio, quod a peridio, demum ſubevaneſcente, circumdatum, pulverem feminalem congeſtum cribri in modum vel cancellatum ambiat. Si huic opinioni fundus aliquis eſſet, interne intra peridium pulvere evacuatum, reticulum hoc conſpici neceſſe eſſet, quod vero ita non eſt, nec etiam locum habere poteſt, cum reticulum a peridii inferioris partis margine proveniens, vel denticulorum vel laciniarum aut nervorum continuationem conſtituat, qualem reticuli ortum et SCHMIEDELI de Cibraria *purpurea*, et BULLIARDI de Sphaerocarpo *ſemirichioide* data figura et nonnullae noſtrarum icones ſatis diſtincte referunt. Quibus rationibus reticulum majori iure pro peridii parte, quam pro capillitio habendum eſſe perſuaſum habeo. Praeterea etiam capillitii praefentia non ſemper in his plantis neceſſaria videtur, nec familiae characterem primarium conſtituit, faltem Dictydium et Licca eodem pariter deſtituta reperiuntur.

II. DICTYDIUM.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Peridium diaphanum, nervis reticulatum aut venosum, latere vel vertice inaequaliter diffiliens.

CHARACTER GENERALIS.

Stipes magnitudine, figura et mutatione fere cum prioris generis speciebus conveniens, basi denudatus vel membranulae parvae nitidae innascens invenitur.

Peridium in maioribus vix ultra $\frac{1}{4}$ lineae partem excedens, ut plurimum cernuum, latere vel etiam vertice dehiscens; pulvere feminali referuntur, obscurius coloratum; eo disperso, membranaceum, vesiculosum, nitidum, luci obversum diaphanum et vario modo nervis reticulatum vel venosum apparet.

Pulvis feminalis nudus, diversi coloris.

Omnes huius generis species exeunte et autumnali tempore gregatim, rarius sparsim reperiuntur.

Observat. Novum hoc genus inter Cribrariam et Liceam quasi medium.

Habitu et reticulata peridii structura aliquam affinitatem cum priori habet, diruptione magis Liceae convenit.

DESCRIPTIO SPECIERUM.

1. *D. umbilicatum*, peridio cernuo umbilicato, pulvere fulco-purpureo.

Tab. 4. f. 1.

Cribraria cernua, obscure fusca, stipite elongato, capillitio globoso denudato cernuo. PERS. *Observat. mycol.* p. 91.

Stemonitis cancellata, stipite simplici, capitulo globofo exterius cancellato: receptaculo nullo. Gmel. Syft. Nat. Linn. II. p. 1468. (exclusa BULLIARDI figura)

Mucor cancellatus, ficcus, nigro-fulvus, stipite valido apice subulato et flexo, capitulo globofo depresso, cute post feminis delapsam remanente clathrato. BATSCH Elenchus fungor. cont. 2. p. 135. t. 42. f. 232.

Hab. ad Fagi, Abietis aliarumque arborum truncos putridos. Augusto ad Octobrem.

Stipes linearis altitudinis, gracilis, flexuosus, in adultiori et iam marcescente statu rugas contrahit et apicem versus flaccescit, quo cernuum peridium pondere suo demittitur vel vario modo tortum reperitur. Membrana subiacens parva, nitida, stipite concolor aut dilutioricoloris.

Peridium $\frac{1}{4}$ lineae partem latum, e fulco purpureum, primo subrotundum, dein vertice umbilicatum, per quam mutationem hinc inde longitudinaliter difflit et aperturis factis pulverem feminalem effundit. Pulvere clapso peridium albidum, diaphanum et nervis reticulatum apparet. Reticuli huius structuram ab omnibus congeneribus recedentem, efficiunt nervi 35-50, fuscescenti-purpurei coloris, e stipitis apice orientes, sursum leviter attenuati, rigiduli, nunc simplices, nunc, praecipue versus basin, furcatim 2-3 fidi, quorum breviores saepe cum proximo ramo coalescunt, longiores autem recto vel flexuoso ductu ascendunt et vertice non raro novas ramificationes ineunt. Omnes hi nervi filis transversalibus, simplicibus, tenuissimis, diaphanis, pari intervallo a se invicem discretis, coniunguntur.

Pulvis feminalis fulco-purpureus; huius vero, aequae ac peridii et stipitis color in speciminibus aliis magis ad fulcum, in aliis magis ad purpurascensem colorem vergit.

Observat. Nervi longitudinales in peridii basi, ubi omnes conflunt, saepe in membranam ipsis nervis concolorem, quae rarius quartam peridii partem superat, connati inveniuntur. Haec membrana, si adest, paulo durioris est naturae, et margine modo aequali, modo inaequali gaudet. —

Forte huius loci est *Sphaerocarpus trichioides* variet. 2. BULL. l. c. p. 124.

Cum vero BULLIARDUS in brevi huius plantae descriptione, neque nervorum structurae, neque coloris mentionem fecerit, parum certi hac de re pronuntiari potest. —

Peridii pelluciditate VV. Cl. BATSCH et PERSOON inducti esse videntur, ut illud tanquam cancellatum five cribri in modum pertusum assumerent.

2. D. *ambiguum*, peridio cernuo subrotundo? pulvere fusco-purpureo.

Tab. 4. f. 2.

Stipes linearis, gracilis, leviter flexuosus, fusco - purpurei coloris.

Peridium prioris fere magnitudine, dilute purpureum, luculenter reticulatum, reticulo subaequali fusco vel nigrescente, cuius anastomoses saepius nodosae coniunguntur.

Observat. Peridii formam et superioris eiusdem partis structuram describere non audeo, cum non nisi pauca huius plantae specimina in Abietis trunco semiputrido invenerim, peridio iam ultra dimidiam partem disrupto et omni fere pulvere seminali fusco-purpureo (ut mihi quidem videbatur) evacuato. Distinctam vero esse nostri generis speciem, satis evincunt et notae supra allatae et data huius plantae figura.

3. D. *microcarpum*, stipite tenerrimo, peridio cernuo sphaerico minuto, pulvere lutofo. Tab. 4. f. 3. 4.

Hab. passim ad Pini Abiectis, Fagi etc. truncos putrescentes. Mensibus Augusto et Septembri.

Stipes sesquilinearis, nonnunquam brevior, tenerrimus, flexuosus, fulvescenti-purpureus, basi membranae parvae concolori innascens.

Peridium e congeneribus minutissimum, vix sine lente distinguendum, sphaericum; prima aetate fordide albidum, dein fuscum, demum e fulvescente flavum, maturitatis tempore latere vel etiam vertice inaequaliter disrumpens. Pulvere feminali disperso colore gaudet e pallescente ad albidum vergente, et luci obversum diaphanum ac reticulo tenuissimo nodoso instructum apparet. Reticuli nodi subrotundo-angulares, iam in juvenili plantae statu cognoscendi, peridium nigro-punctatum referunt.

Pulvis feminalis lutosi f. fulvescenti-flavi coloris.

4. *D. venosum*, peridio cernuo sphaerico venoso, pulvere fordide flavescente. Tab. 5. f. 6.

Hab. in pinetis ad truncos arborum putridos. Augusto ad Octobrem.

Stipes lineae altitudinem vix adaequans, gracilis, flexuosus, fulvescentis coloris.

Peridium cernuum, paulo minus ac in *D. umbilicato*; ob pulverem perlucentem e fulvescente flavum, eo elapso albidum, diaphanum et nervis 9-12 venosum. Nervi paulo saturatoris coloris, divisionibus extimis saepius liberis, nec anastomosis ineuntibus. Peridium plerumque a medio versus basin secundum nervos primarios, rarius vertice debescit.

5. *D. splendens*, peridio erecto subrotundo splendente, pulvere lutofo. Tab. 4. f. 5. 6.

Hab. in iisdem cum priori locis. Mensibus Augusto et Septembri.

Stipes $\frac{1}{2}$ lineae partes longus, etiam brevior, leviter flexuosus, aetate curvatus, colore e purpureo in fuscum transiente, basi ut plurimum denudatus.

Peridium subrotundum, paulo durioris substantiae ac in reliquis congeneribus, superficie laevissimum, splendens, colore, auro musivo haud dissimili, tinctum. Maturitatis tempore semper vertice ore minuto magis minusve aequali aperitur. Reticulum, quo peridii membrana instructa est, basi ex nervis 8-10 et plurimis brevibus fuscescentibus oriens, minus in hac specie distinguendum, cum peridii membranae concolor sit.

PERIDIUM. EPIDERMIS.

III. L I C E A.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Peridium membranaceum, vertice inaequaliter disrupto effundens pulverem (filis orbatum).

CHARACTER GENERALIS.

Peridium sessile, magnitudine, forma et colore diversum, membrana tenui glabra simplici, rarius duplici instructum, quae maturitatis tempore vertice deorsum inaequaliter diffilit, et pulvere feminali effuso dilutionem colorem acquirit.

Pulvis feminalis filis destitutus, in diversis diversi coloris.

Proveniunt huius generis species exeunte aestate aut tempore autumni. Fasciculatim crescentibus speciebus membrana subiecta esse solet, sparsim vero nascentes basi denudatae sunt.

DESCRIPTIO SPECIERVM.

1. *L. Tubulina*, peridiis cylindraceis teretiusculis connatis ferrugineofuscis.

Tubulina coccinea, suborbicularis, convexa, carnofo-ceracea, coccinea. TRENTÉPOHL in ROTH Catal. bot. 1. p. 245.

Tubulina fragiformis, primo subcarnosa rubra, demum ferruginea. PERS. in RÖMERT N. Annal. bot. p. 91.

Tubifera ferruginosa, glabra vesicularis verficolor, feminibus terreis. GMEL. Syst. Nat. II. p. 1472. n. 5.

- Sphaerocarpus cylindricus*, fessilis; pericarpis cylindracco-elongatis, ferrugineis, apice acuminatis, ibi prima aetate niveis. BULL. Hist. fung. p. 140. t. 470. f. 3. Gmel. l. c. n. 1.
- Stemonitis ferruginosa*, fessilis; gregaria, utriculis dense adnatis, glabris, veficularibus, femem fulco-fulvens coloris terrei continentibus. BATSCH Elenchus fung. cont. 1. p. 263. f. 175.
- Tubulifera arachnoidea*. JACQ. Miscell. austr. 1. p. 144. t. 15.
- Tubulifera Cremor*, hemisphaerica, lactiflua; mox brunnea, tubulosa. Flora Dan. t. 659. f. 1.
- Hab. in truncis, ramis et trabibus putredine corruptis. Augusto ad Octobrem.
- Ex mucilagine lactei coloris, fubiacenti albiae membranae innata, oriuntur tubuli cylindracei in fasciculum, plerumque convexo-rotundatum, femencialem, uncialem et ultra invicem connati, qui mox in albidum, dein carneum, demum e fulcefcenci rubro per maturitatem in ferrugineo-fulcum colorem, pulveri sternutatorio hispanico (*Spaniol* dicto) haud diffimilem, transeunt. Tam dense hi tubuli inter se connati sunt, ut non nisi latere et superne apicibus rotundatis a se invicem distingui possint. Horum singuli f. peridium lineam vel sesquilineam longum, teretiusculum, sursum obsolete attenuatum, membrana simplici tenella laevi nitida, vertice in frustula inaequalia dehifcente. Peridium pulvere feminali evacuatum, dilutius apparet, et per superficiem iridis coloribus ludens reperitur.
- Observat.* Tubulinam *coccineam* huius plantae statum invenilem indicare, mihi iam ex ampliori laudati operis descriptione vero haud diffimile videbatur; verum specimine ab ipso Rev. TRENTENOILLO mecum communicato, omne dubium sublatur est.

- Quicunque reputaverit, huius familiae genera non ex forma, sed praefertim ex peridii structura, nec non ex capillitii absentia vel praesentia, ac varia eiusdem adhaesione, perduratione etc. constituenda esse, ei mirum non videbitur, Tubulinam cum hoc genere coniunxisse, cum a congeneribus omnino non nisi forma tubulina differat.
2. *L. clavata*, peridiis clavatis connatis subfulco-ferrugineis. Tubifera *fragiformis*, cylindrico-clavata, primum rosea post ferruginea. LINN. Syst. Nat. ed. Gmel. II. p. 1472. n. 2.
- Sphaerocarpus fragiformis*, sessilis; pericarpis cylindraccis, clavatis, prima aetate roseis, dein subfulco-ferrugineis. BULL. Hist. fung. p. 141. t. 534.
- Nostris regionibus hanc plantam mihi nondum invenire licuit, neque ab aliis lectam vidi; distinctam tamen speciem efficit, quae imprimis clavata peridiorum forma a *Tubulina* differt, habitu vero, crescendique modo et in reliquis etiam cum illa convenire videtur.
3. *L. variabilis*, dimidiata variabilis rufescenti-fusca, pulvere fordide flavescente. Tab. 6. f. 5. 6.
- Hab. ad Pini Abietis truncos et ramos cortice denudatos; rarius in fagis occurrit. Mense Augusto ad Octobrem.
- Sparsum proveniens et forma et magnitudine quam maxime variabilis planta. In uno eodemque enim loco peridium hemisphaericum, ovatum, oblongum, flexuosum vel aliter formatum diversi est diametri. More congenerum initio substantia gaudet pulpola vel mucilaginosa, colore tunc albedo; maiori consistentia acquisita, ex carne sensim maturefciendo in colorem rufescenti-fuscum mutatur. Peridium basi plana ligno innascens, vertice inaequaliter dissilit, tenue, fragile, duplici membrana compositum: exteriori ad lentem scabriuscula, nitore experte; interiori laevissima, nitida, ob pulverem perlucentem glau-

co-flavescente, quo disperso dilutior ac corrugata evadit. Interior membrana saepe etiam, sed minus luculenter ac in *L. Tubulina*, per superficiem iridis colores imitatur.

4. *L. pusilla*, hemisphaerica nitida castanea, pulvere nigrescente. Tab. 6. f. 4.

Hab. in pinetis ad ligna putrida. Septembri vel Octobri.

Peridium sui generis minutissimum, vix $\frac{1}{4}$ lineae partem latum, forma exacte haemisphaericum, membrana simplici, tenui, laevissima, nitida, demum vertice in frustula polyaedra dehiscente, infructum. Peridii color in maturo statu castaneus, post pulverem dispersum paulo dilutior evadit.

Pulvis feminalis ratione peridii et congenerum grossiusculus, saturate fulci vel nigrescentis coloris.

Observat. Crescendi modo, coloris per diversum aetatis statum mutatione et defectu membranae subiacentis cum praecedenti specie convenit.

Tubulifera *Ceratum*, tuberculosa, ceracea, fulva; mox nigra. Flora Dan. t. 659. f. 2.

Lic. *Tubulinae* et *clavatae* proxima; peridiorum vero obconica figura et colore nigro, distinctam et posteriori affinem speciem constituere videtur.

Trichia gymnosperma. PENS. Observat. mycolog. I. p. 63. t. 6. f. 1. 2. media quasi species inter nostrum et *Trichia* genus, huic tamen maxime accedit, quoniam pulveri eiusdem feminali semper sphaera, quamvis saepe paucissima, admixta reperiuntur. Quapropter hanc plantam ob singularem peridii diruptionem, potius *circumscissam*, quam *gymnospermam* nominare vellem.

IV. DIDYMIUM.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Peridium duplicatum: *exterioris* vertice dehifcente, pulvere filis intertexto; *interius* clausum, pulvere nudo repletum.

CHARACTER GENERALIS.

Stipes, si adest, linea minor, glaber et maturitate rugosus vel friatus.

Peridium minutum, in maioribus lineae latitudinem vix adaequans, forma varium, duplicatum uno altero contento: *exterioris*, capillitium cum pulvere feminali continens, maturitatis tempore vario modo a vertice deorsum disrumpitur; *interius*, intra capillitium inclusum, *exteriori* plerumque conforme, duplo vel triplo minus, clausum et pulvere nudo repletum.

Peridii *exterioris* membrana est vel simplex vel duplex; *interioris* semper simplex.

Capillitium f. fila (intra *exterioris* peridium contenta) tenuissima, simplicia, compacta, vix intricata, albida, nunc peridio utriusque, nunc soli *interiori* adnata; in plurimis vero non nisi leviter adhaerere videntur, peridio enim vertice disrupto brevi dein ab adhaesionis loco solvuntur, avolant et peridium interius denudatum relinquunt.

Pulvis feminalis utriusque peridii tenuissimus: *exterioris* (unica specie, *D. parietino*, excepta) fulco-niger; *interioris* semper dilutior.

Proveniunt omnes aestatis exitu et autumnali tempore, at diverso crescendi modo et diversis in locis.

DESCRIPTIO SPECIERVM.

* *peridio exteriori membrana simplici instructo.*

1. *D. stellare*, fulvescenti-albidum, stipite brevissimo incrassato, peridio lenticulari subtus umbilicato stellatim fissō reflexo. Tab. 5. f. 5. 4.

Hab. gregatim ad Fagi et Pini Abietis truncos et ramulos deiectos putridos, inque muscis. Mensibus Septembri et Octobri.

Stipes brevissimus, crassiusculus, versus apicem incrassatus, saepius compressus, peridio concolor, basi membranulae nitidae albidae infuscens.

Peridium *exterior* pulvinatum, subtus leviter excavatum, latitudine $\frac{3}{4}$ lineae partes aequans; primo e fulco nigrum, dein fuscum, demum ex albedo in fuscum colorem vergens, saepe hinc inde striis dilutionibus variegatum. Maturitate vertice plicatur et ad basin usque stellatim in lacinas 5 vel 6, rarius plures, superficie utraque glabras, inaequales, reflexas, margine demum revolutas ac vario modo tortas, dehiscit. Capillitium foli *interiori* peridio adnatum.

Peridium *interius* subrotundum, rugulosum, concolor, pulvere dilutione refertum.

Observat. Specimina, quae muscos inhabitant, stipite paulo longiore instructa sunt.

2. *D. floriforme*, fulvescenti-albidum, stipite gracili, peridio sphaerico stellatim fissō reflexo.

Diderma floriforme, cortice exteriori stellatim fissō reflexo, stylium magno obconico. *PERS.* in *Röm. Nov. Annalib.* bot. p. 89.

Stemonitis floriformis, stipite filiformi, capitulo luteo-stramineo primum globoso, demum stellatim patente. *LINN.* *Syst. Nat. ed. Cmel.* II. p. 1469. n. 37.

Sphaerocarpus floriformis, subcoriaceus, stipitibus cylindraceo-elongatis, gracilibus; pericarpis luteo-stramineis, primum globosis, demum stellatim patentibus. BULL. Hist. fung. p. 142. t. 371.

Hab. in truncis arborum putrescentibus; semel ab amicissimo PERSOONIO in nostris regionibus observatum.

Habitu, crescendi modo, peridii diruptione nec non colore cum praecedente specie convenit; at differt:

- a) stipite gracili, longiore, apicem versus attenuato.
- b) peridio exteriori sphaerico et
- c) interiore obovato vel obconico.

3. *D. tigrinum*, stipite crassiusculo, peridio lenticulari subtus umbilicato nigro squamulis flavo-virescentibus obfesso. Tab. 6. f. 2. 3.

Hab. ad Abietum truncos putridos; rarius in fagetis occurrit. Gregatim nascitur Octobri ad Novembris initium.

Stipes cum peridio linearis altitudinis, crassiusculus, apicem versus obsolete attenuatus; prima aetate simul cum peridio mucilaginosus, aurantiaci coloris, dein sordide vel fulvescenti-flavus. Membrana subiacens pro more nitida, stipite concolor aut paulo dilutior.

Peridium *exterius* lenticulare subtus evidenter umbilicatum, maturitate nigrum, squamulis subrotundis inaequalibus nitentibus dilute flavo-virescentis vel straminei coloris obfessum, vertice sensim ad basin usque in frustula inaequalia disruptens. Capillitium utriusque peridio adhaeret.

Peridium *interius* convexo-rotundatum, saepius reniforme, saturate fuscum, pulvere dilutiore repletum.

4. *D. farinaceum*, stipite brevi, peridio subrotundo nigrescente farina caerulefcenti-cinerea adperso. Tab. 5. f. 6.

Trichia compressa, subcaulis, lentiformis, depressa coerulescens, filamentis pollineque fuscis. ТРЕНТЕФӨЛ in Roth, Catal. botan. I. p. 229. n. 6.

Phylarum *melanospermum*, stipitatum, theca subrotunda cinereo-albida subvillola, pulvere nigro. PERS. in Röm. N. Annal. bot. I. cit.

Hab. ad Abietis, Fagi, Populi aliarumque arborum ramulos deiectos et folia putrescentia; etiam muscis innascitur. Gregatim ut plurimum provenit mensibus Augusto et Septembri.

Stipes $\frac{1}{4}$ vel $\frac{1}{2}$ lineae partem longus, rectus, rigidulus, leviter attenuatus, primo rufo-fulci, demum nigrescentis coloris.

Peridium *exterius* subrotundum, plerumque subtus obsoleto excavatum, tenue, farina grossa caerulescenti-cinerea vel caesia adpersum, qua abscedente fulco-nigrum, post capillitii et pulveris feminalis vero fugam dilutius apparet. Peridii diruptio ac capillitii insertio cum D. *tigrino* eadem.

Peridium *interius* compresso-rotundatum, corrugatum, rufescenti-fuscum, pulvere fulcescente refertum.

Observat. Variat. 1. peridio sphaerico minore. 2. peridio maiore, stipite brevior et 3. stipite brevissimo, peridio depresso. Ad posteriorem varietatem pertinet *Trichia compressa* ТРЕНТЕФӨЛII supra alata. —

Cl. PERSOONIUS nomen triviale *melanospermum*, quod primus huic plantae imposuit, nunc merito in *Observat. mycolog.* (USTERI Annal. botan. fasc. 15. p. 6.) reiecit; pulvis feminalis enim non nigro sed fulco vel fulco-nigrescente colore gaudet. Nomen vero *villosum* quod eius loco substitui posse opinabatur alienissimum est, quoniam peridium non villo, sed evanescente et facile detergendo farinaceo pulvere adpersum reperitur.

5. *D. parietinum*, sessile hemisphaericum nitidum virescenti-nigrum.

Tab. 6. f. 1.

Hab. in parietibus lutosis calce obductis.

Peridium exterius femilineam latum, rigidulum, fragile, nitidum, faepius rugulosum, colore nigro in virescentem tendente. Capillitium fila brevina, parca, utriusque peridio adnata, constituunt. Pulvis feminalis contra morem sulphureus, compactus, *interius* peridium arcte ambiens.

Peridium interius subrotundum, scabrum aut rugulosum, membrana duriuscula fuscescente, pulverem grossum concolorem vel paulo dilutiorem includente.

Observat. Pulchella haec planta, cuius exemplar depictum liberalitati Cel. et amicissimi TIMMII debeo, a reliquis congeneribus recedit loco natali, capillitio parco et pulvere compacto.

6. *D. complanatum*, sessile complanatum varium caeruleo-cinereum.

Tab. 5. f. 5.

Hab. in foliis delectis putrescentibus. Septembri aut Octobri.

Peridium exterius $\frac{7}{8}$, rarius $\frac{5}{8}$ lineae partem aequans, basi complanata sessile, nunc subrotundum, nunc ovatum, nunc flexuosum, nunc alio modo formatum, membrana simplici, tenui, nitore experte, vertice in frustula inaequalia dissiliente, instructum. Pulvere evacuaturn albescit et subdiaphanum apparet. Capillitium peridio utriusque adnatum.

Peridium interius exteriori conforme, rufescenti-ochraceum, pulvere albido refertum.



de anfr. fol. ** peridio exteriori membrana duplici instructo.

7. *D. testaceum*, sessile dimidiatum subrotundum carneum: peridio interiore rufescenti-carneo. Tab. 5. f. 1. 2.

Hab. ad folia putrescentia inque arborum truncis et ramulis deciduis.

Sparfim aut gregatim provenit. Augusto ad Octobrem.

Peridium *exterius* femilinea minus, basi plana adnatum, plerumque subrotundum, in duplicem membranam secedens: exteriori interiorem arte ambiente, ovorum testae finillima, in omni superficiei parte inaequaliter dililiente, initio albida, mox rufescenti-rubra, dein rubella, maturitate carnea vel carneo-albida; interiori tenuissima, vertice dehifcente, dilute violacea, post pulverem vero dispersum dilu-
tiori, subpellucida; interne circa peridium *interius*, rufescenti-carnea. Capillitium peridio utrique adhaeret.

Peridium *interius* conforme, laeviusculum, coloris saturate carnei in rufescentem vergentis, pulvere albido repletum.

Observat. Adultiori statu totius plantae superficiei fordide albidum colorem assumit; peridium *interius* tunc quoque vertice raptum invenitur.

8. *D. candidum*, sessile hemisphaericum candidum: peridio interiori concolore.

Diderma globosum, acaule laeve globosum candidum. PERS. ap. Römer.

l. c. p. 89. t. 4. f. 4. 5.

Hab. in foliis putrescentibus, ramulis deciduis, muscis. Mensibus Augusto et Septembri.

Præcedenti maxime affine est, differt vero peridiis minoribus, gregatim vel confertim nascentibus, magis hemisphaericis, membrana exteriori tenuiori candida peridioque interiori concolore.

Observat. Peridium *exterius*, ut in *D. testaceo* plerumque basi plana adnatum, nisi hemisphaericum, saltem subrotundum dimidiatum, nullo vero modo globosum nominari potest.

BULLIARDUS, cui non nisi una huius generis species, *D. floriforme*, nota erat, internum peridii corpus *placentam*, PERSOONIVS autem in eadem planta et in *D. candido*, *stylium* dixit. Cuicumque vero huius generis plantas per omnem aetatis statum examinare et observare licuit, neque in BULLIARDI, neque in PERSOONII sententiam ibit, sed potius mecum pro interiori peridio assumendam esse hanc partem statuet. Ob singularem etiam harum plantarum structuram necesse fuit, ut ex iis distinctum genus constitueretur. — Binae posteriores species *testaceum* et *candidum*, quas ad hoc genus retuli, propter duplicem peridii membranam ad Diderma quidem spectant, sed potius cum Didymio coniungendas esse credidi, cum ob peridii interioris praesentiam, tum quia Diderma, ut in sequente huius operis fasciculo demonstrare conabor, a Phylari genere disiungi nequit.

EXPLICATIO
TABVLARVM.

TAB. I.

1. *Cribraria fulva* mole aucta repraesentata.
 - a. Plantula, cuius peridium a reticulo solutum, ultra dimidiam partem superne pulverulentum apparet.
 - b. Alia paulo maior et adultior.
 - c. Specimen, cuius peridium pulvere feminali evacuatum, superne reticuli, inferne nervorum structuram ostendit.
2. *Cribrariam intermediam* aetate et magnitudine diversam et ad lentem delineatam, exhibens.
 - a et b. Plantulae peridio superne pulverulento.
 - c. Peridium evacuatum, in quo reticulum et nervi inferiores conspicui possunt.
3. *Cribrariae aurantiacae* agmen magnitudine et situ naturali.
4. Eiusdem plantae specimina quaedam diversae aetatis et magnitudinis mole auctiori exhibita.
 - a. Peridium ultra dimidiam partem pulverulentum.
 - b. Peridium ex parte pulvere evacuatum, reticulum nodosum ostendens.
 - c. Specimen ex maioribus, cuius peridium evacuatum superne reticulofam, inferne nervosam structuram repraesentat.
 - d. Plantula decrepita cum reticuli aboliti parte residua.
5. *Cribraria vulgaris* ad lentem delineata.
 - a. Plantula peridio ultra dimidiam partem superne pulverulento.
 - b. Alia paulo maior, pulverem feminealem per reticuli foramina in auras dispergens.
 - c. Similis fere magnitudinis plantula, cuius peridium evacuatum superiore parte structuram reticulofam, inferiore nervosam ostendit.

TAB. II.

1. *Cribraria Micropus*, quoad situm et magnitudinem naturalem.
2. Eiusdem plantae individua nonnulla diversae aetatis, auctiori magnitudine picta.
 - a. Plantula immatura.
 - b. Matura et adhuc integra.
 - c. Alia peridio superne pulverulento.
 - d. In hac pulvis feminalis per reticuli foramina dispergitur.
 - e. Evacuata, reticuli et inferioris partis nervorum structuram ostendens.
 - f. Plantula destructa.

3. Cibrariam *macrocarpam* iunioris et adultioris flatus magnitudine nativa exhibens.
4. Eiusdem speciei plantae quaedam lentis ope delineatae.
 - a. Plantula, cuius peridium plus dimidia parte a reticulo solutum, superne pulverulentum apparet.
 - b. Alia pulverem feminalem per reticuli foramina explodens.
 - c. Specimen evacuatum, reticuli et inferioris partis nervos exhibens.

TAB. III.

1. Cibrariam *intricata*, cuius nonnulla individua aetate et magnitudine diversa, aucta mole delineantur.
 - a et b. Exhibent plantulas, quarum peridia a reticulo soluta, superne pulverulenta apparent.
 - c. Specimen adultius, cuius peridium evacuatum reticuli et inferioris partis nervos exhibet.
 - d. Plantula decrepita cum reticuli aboliti parte residua.
2. Cibrariam *tenella* gregatim ligno putrido innascens, nativa magnitudine.
3. Eiusdem speciei nonnulla individua, ad lentem picta.
 - a. Plantula invenilis et humilior, peridio adhuc integro.
 - b. Alia procerior et adultior, peridio superne pulverulento.
 - c. Peridium evacuatum, superiori parte structuram reticuli, inferiori nervorum ostendens.
 - d. Specimen decrepitem, in cuius peridii margine reticuli pars residua observatur.
4. Cibrariam *piriformem* in iuvenili et maturo flatu quoad magnitudinem naturalem fistens.
5. Eiusdem plantae specimina quaedam aucta mole picta.
 - a-c. Plantulae magnitudine diversa, quorum peridia ultra dimidiam partem superne pro aetatis diversitate magis minusve pulverulenta apparent.
 - d. Duae aliae, pulvere feminali evacuatae.
6. Dictydii *venosi* quaedam plantulae ad lentem spectatae.
 - a. Peridium integrum, obsoleto venosum et obscurius coloratum.
 - b. Aliud specimen paulo procerius, cuius peridium latere ruptum, pulverem explodit et superiori iam evacuata parte dilutius apparet.
 - c. Peridium evacuatum et ab inferiori parte repraesentatum, ut venosa peridii structura melius confpiceretur.

TAB. IV.

1. Dictydidium *umbilicatum* diversae aetatis flatu lentis ope expressum.
 - a et b. Specimina duo magnitudine diversa, quorum peridia nondum aperta, adhuc subrotunda forma gaudent.
 - c. Plantula alia procerior, cuius peridium iam umbilicatum, inferne ruptura longitudinali pulverem feminalem effundit.
 - d. Peridium bis longitudinaliter ruptum et omni pulvere evacuatum. Haec insuper varietatem repraesentat, in qua nervi peridii, basi in membranam connati sunt.
 - e. Specimen adultum, cuius peridium, ob stipitis apicem flaccescentem, demittitur.

- a. *Dictydii ambigu* duo individua peridiis iam ultra medium abolitis, quorum alterum (a) a latere, alterum (b) ab inferiori parte visum; aucta mole.
3. *Dictydii microcarpi* acervulus situ et magnitudine naturali depictus.
4. Eiusdem speciei individua nonnulla aetate et magnitudine diversa, lentis ope delineata
 - a. Plantula juvenilis, peridio nondum aperto et punctato.
 - b. Alia procerior, pulverem in auras dispergens.
 - c. Duo specimina exhibet, quorum peridia pulvere evacuata, reliquis dilu-
toris coloris et reticulo nodoso infructa apparent.
5. *Dictydium splendens* fruticulus ligni abietini putrescentis gregatim innascens, natu-
rali magnitudine.
6. Eiusdem plantae specimina nonnulla ad lentem spectata.
 - a. Plantula peridio adhuc integro.
 - b. Alia vertice difrupto pulverem explodens.
 - c. Alia paulo procerior, peridii orificio magis dilatato.
 - d. Similis magnitudinis specimen, cuius inane peridium reticulatum et ver-
ticis difrupti margo paulo involutus apparet.

TAB. V.

1. *Didymii refacci* plantulae diversae aetatis, fragmini folii emortui innascentes
nativa magnitudine.
2. Eiusdem speciei nonnulla individua sub lente exhibita.
 - a. Plantula immatura.
 - b. Matura et adhuc integra.
 - c. Specimen aliud, cuius membrana exterior uno latere disructa, subiacen-
tem membranam tenuiorem ostendit.
 - d. Alia plantula membrana exteriore ad medium decorticata cum interiore
membrana vertice inaequaliter dehiscente.
 - e. In hac peridium interius intra peridii exterioris pulverem et capillitium
conspicitur.
 - f. Sicut peridium interius ab exterioris peridii membranis maxima ex parte
denudatum.
 - g. Plantula decrepita cum peridio interiore disructo.
3. *Didymium stellare*, quoad situm et magnitudinem naturalem depictum.
4. Eadem planta diverso aetatis statu repraesentata.
 - a. Plantula immatura.
 - b. Alia matura, quae vertice plicatur et dehiscere incipit.
 - c. Exhibet specimen, cuius peridium exterius stellatum fissum est, cum capil-
litio et pulvere feminali, interius peridium, nuclei insar includente.
 - d. In hac peridii laciniae capillitium et pulverem prorumpentem arcte ambiunt.
 - e. Plantula decrepita, cuius peridium exterius evacuatum et stellatum reflexum,
interius transversim sectum apparet.
5. *Didymii complanati* plantulae aetate diversae, ad lentem spectatae.
 - a. Specimina 2 diversa magnitudine, adhuc integra.

- b. Plantula alia vertice dehiscere incipiens.
 - c. Binae aliae vario modo ruptae, in quibus pulvis feminalis capillitio intertextus conspicendus est.
 - d. Alia paulo adultior, cuius peridium interius apparet.
 - e. In hac peridium interius ab exteriori maxima ex parte denudatum est.
 - f. Specimen adultum cum peridio interiore aperto.
6. *Didymium farinaceum* ramulo abietino innascens, mole aucta delineatum.
- a. Plantula adhuc integra.
 - b. Alia paulo maior, cuius peridium exterius pariter integrum, vertice farina deterfo, nigrum apparet.
 - c. Peridium iam difruptum, in quo capillitium cum pulvere feminali se offendit.
 - d. Peridium interius ab exteriori maxima ex parte denudatum.

TAB. VI.

1. *Didymii parietini* individua nonnulla diversae aetatis, lente aucta.
 - a. Plantula adhuc integra.
 - b. Alia vertice dehiscere incipiens.
 - c. Magis ruptae.
 - d. Siftens peridium interius ab exteriori maxima ex parte denudatum.
2. *Didymium tigrinum* in iuvenili et maturo statu frustulo abietino innascens magnitudine nativa.
3. Eiusdem speciei quaedam plantae, ad lentem pictae.
 - a. Iuvenilis et adhuc integra.
 - b. Matura, vertice rupta.
 - c. Specimen adultum cum peridio interiore.
4. *Licea pefilla* omni aetatis statu lentis ope delineata.
 - a. Plantulae iuveniles.
 - b. Maturae et adhuc integrae.
 - c. Vertice vario modo ruptae.
 - d. Plantula evacuata.
5. *Licea variabilis* quoad situm et magnitudinem naturalem.
6. Eiusdem plantae individua nonnulla forma et aetate diversa, mole aucta expressa.
 - a. Specimen iuvenile.
 - b. Maturum et adhuc integrum.
 - c. Plantula in cuius vertice membrana interior ab exteriori denudata conspicitur.
 - d. Alia, et quidem ex maioribus, vertice rupto.
 - e. Adulta et evacuata.



Emendanda.

Pag.	2.	lin.	4.	marginem lege marginem
—	4.	—	6.	post longus add. comma
—	9.	—	9.	post annumerandae deletatur comma
—	—	—	—	anteponunt. finit leg. finit.
—	11.	—	15.	post exeunte inferat. aeflate.

Libri sequentes venduntur pretio adjecto apud Siegfried Lebrecht
Cruffium, cujus sumtibus illi impressi sunt:

- Baumgarten, Jo. Christ. Gottl., Flora Lipsiensis, siliens plantas circuli Lipsici spontaneae fec. Systema
sexuale revifum emendatumque distributas cum synonymis paucis, etc. cum IV Tab. aenea,
8. maj. 1790. 2 rthlr. 8 gr.
— cum fig. coloratis. 2 rthlr. 20 gr.
- Fischeri, Joh. Leonh., Descriptio anatomica Neraorum Lumbalium, Sacralium et extremiatus inferiorum,
cum IV. Tabulis linearibus et IV. adumbratis, fol. maj. 793. 3 rthlr.
- historia taeniae hydatigenae in plexu choroideo inventae, accedunt nonnullae alius argumenti de
vermibus intestinalibus observationes, cum tabula aenea, 8 maj. 789. 6 gr.
- Geer, Caroli Lib. Bar. de, genera et species insectorum e generisfil. auctoris scriptis extraxit, digestit,
lat. quoad partem eddidit, et terminologiam insect. Lineaeum addidit And. Johann. Reinius,
8 maj. 783. 12 gr.
- Hedwigii, Joan., Fundamentum histologiae naturalis muscorum frondosorum, concernens eorum lineas
fructus, feminale propagationem, adjecta generum dispositione methodica iconibus illustrat.
Pars I. et II. 4 maj. 782. 4 rthlr. 12 gr.
- idem, c. iconib. color. 7 rthlr.
- Historia pathologica singularis cutis turpitudinis Jo. Godofr. Rheinhardi viri L. minorum. Praetatus
est D. Christianus Fridericus Ludwig. Cum 3 Fig. coloratis, fol. maj. 1795. 1 rthlr.
- Hoffmanni, Georg. Franc., historia falicum iconibus illustrata, Vol. I. fasc. I — IV. fol. maj. 1785. et
Vol. II. fasc. I. 1791. 5 rthlr. 8 gr.
- Eadem cum Fig. coloratis. Vol. I. fasc. I — IV, et Vol. II. fasc. I. 10 rthlr.
- plantae lichenosae delineatae et descriptae, Vol. I. fasc. I. — IV. Vol. II. fasc. I. — IV. et Vol. III. fasc. I.
cum XLVIII fig. coloratis fol. 789-796. quisque Fasc. 5 rthlr. 12 gr. 31 rthlr. 12 gr.
- Kreyffig, F. L., de Peripneumonia nervosa seu maligna commentatio, 8. 796. 8 gr.
- Kuchnii, C. G. Bibliotheca medica, continens scripta medicorum omnis aevi, ordine methodico dispo-
sita, Vol. I. 8 maj. 1794. 1 rthlr.
- Leske, Nathan. Godofr., Ichthyologiae Lipsiensis specimen, 8 maj. 774. 6 gr.
- Linnae, Carol. a, plantarum rariorum horti Upsaliensis fasciculus I. siliens descriptiones et figuras plan-
tarum minus cognitarum, fol. maj. 767. 20 gr.
- Ludwigii, Chr. Fr., primae Lineae anatomiae pathologicae sive de morbofa partium corp. human. fabri-
ca libellus in vsum discipulorum, 8 maj. 783. 8 gr.
- delectus opusculorum ad scientiam naturalem spectantium, Vol. I. cum fig. 8 maj. 789. 1 rthlr. 20 gr.
- Icones Cavitationum thoracis et abdominis a tergo spectarum, cum 2 fig. fol. maj. 789. 16 gr.
- Lumitzeri, Steph., Flora Polesiensis exhibens plantas circa Polesium sponte crescentes secundum Sy-
stema Sexuale Linnaeanum digestas cum figuris, 8 maj. 791. 1 rthlr. 12 gr.
- Müller, Otto Fridericus, Hydrachus quas in aquis Daniae paludibus detexit, descripsit, pingit et tabu-
lis XI. aeneis incidi curavit, 4 maj. 781. 2 rthlr. 12 gr.
- Platneri, Ernest., Quaestionum physiologicarum libri duo: praemissum est prooemium tripartitum
de constituenda physiologiae disciplina, 8 maj. 795. 1 rthlr.
- Retzii, Andr. Joannis, Observaciones botanicae, VI Fasciculi, fol. maj. 778 — 791. 5 rthlr.
- cum Figuris coloratis, fol. maj. 8 rthlr. 16 gr.
- Florae Scandinaviae prodromus; editio altera et emend. 8 maj. 795. 1 rthlr. 4 gr.
- Schraderi, Henr. Adolphi, nova genera plantarum, Pars Ima. c. tab. aeneis coloratis. fol. 797. 5 rthlr. 12 gr.
- Schreberi, Joh. Christ. Dan., plantarum verticillatarum unilateralium genera, et species. Cum icone
aenea, 4 maj. 774. 16 gr.
- De Phasco Observaciones, quibus hoo Genus Muscorum vindicatur atque illustratur, cum Tabu-
lis aeri incisus, 4 maj. 770. 6 gr.
- Seig, D. Joa. Th. Observaciones medicae in morbis quibusdam difficilioribus, 8. 795. 12 gr.


- Werneri, Paul. *Chrifil. Fr., vermium intestinalium, praesertim taeinae humanae, brevis expositio, c. Continuat. 1., 2. et 3. c. Tabb. aeneis illustrata, 8 maj. 782.* 2 rthlr.
- et Felleri, Chr. *Goth., vaforum lacteorum atque lymphaticorum anatom. physiol. descriptio* 1 rthlr. 12 gr.
- *Fasc. I. c. fig. 4 maj. 785.*
-
- Bechtheins, J. M., *gemeinnützig Naturgeschichte Deutschlands nach allen drey Reichen. Ein Handbuch zur deutlichern und vollfändigern Selbstbelehrung, besonders für Fortfänger, Jugendlehrer und Oekonomen, 1fter Band, enthält die vierfüßigen Thiere. Mit schwarzen Kupf. gr. 8. 789.* 3 rthlr.
- *mit illum. Kupf.* 4 rthlr.
- Derselben *2ter, 3ter u. 4ter Band, welche die Vögel enthalten. Mit schwarzen Kupfern, gr. 8. 791. 795.* 9 rthlr. 8 gr.
- Dieselbe *mit illuminirten Kupfern, 2ter bis 4ter Band, gr. 8. (Wird fortgesetzt.)* 15 rthlr.
- *kurzgefasste gemeinnützig Naturgeschichte des In- und Auslandes für Schulen und den häuslichen Unterricht, 1fter u. 2ter Band, mit Kupf. gr. 8. 792-97.* 7 rthlr.
- Charpentier, Joh. Friedr. Wilh., *mineralogische Geographie der churfürstlichen Lande, mit Kupfern und einer Charta, gr. 4. 773.* 4 rthlr. 12 gr.
- Die Charta *besonders* 16 gr.
- Cramer's, J. A., *Anfangsgründe der Metallurgie, mit vielen Kupfern, 1sten, 2tem u. 3ten Theils 1fter Bd. fol. 775. u. 777.* 6 rthlr. 16 gr.
- Gläser's, Fr. Gottl., *Versuch einer mineralogischen Beschreibung der gefärbten Grafschaft Henneberg Churfürstl. Antheils, mit 1 Charta, gr. 4. 775.* 1 rthlr. 4 gr.
- Die *illuminirte Charta besonders, 4.* 16 gr.
- *Beiträge zur Naturgeschichte und Bespitzeywissenschaft, in 4 Abhandlungen, m. Kupf. gr. 8. 780.* 10 gr.
- Gmelin's, Joh. Friedr., *Abhandlung über die Wurmtrocknis, mit illuminirten Kupf. 2 Theile, gr. 8. 787.* 2 rthlr.
- Götzens, Joh. A. E., *neueste Entdeckung, daß die Finnen im Schweinefleisch keine Drüsenkrankheit, sondern wahre Blasenwürmer sind, m. Kupf. 8. 784.* 5 gr.
- *Versuch einer Naturgeschichte der Eingeweidewürmer thierischer Körper, mit 44 Kupfern, gr. 4. 787.* 6 rthlr.
- Gros's, J. F., *Grundsätze der Blitzableitungskunst, geprüft und durch einen merkwürdigen Fall erläutert, nach dem Tode des Verfassers herausgegeben von Joh. Friedr. Wilh. Widenmann, mit 1 Kupfer, gr. 8.* 28 gr.
- Hedwig's, Doct. Joh., *Sammlungen seiner zerstreuten Abhandlungen und Beobachtungen über botanisch-ökonomische Gegenstände, 1stes u. 2tes Bändchen, mit illuminirten Kupfern, gr. 8. 795 u. 797.* 2 rthlr. 8 gr.
- Leske's, Nathan. Gottfr., *Anfangsgründe der Naturgeschichte, 1fter Theil. Allgemeine Natur- und Thiergeschichte, mit 12 Kupfern. 2te Auflage, gr. 8. 784.* 2 rthlr.
- *mit illum. Kupf.* 4 rthlr.
- Pennant's *nördliche Polarzoologie, a. d. Engl., 2 Theile, mit den engl. Originalkupfern, gr. 4. 787.* 9 rthlr.
- Schmidlein's, Gottfr. Bened., *Infektologische Terminologie, oder Grundbegriffe der Infektenlehre, durch Beispiele und Beobachtungen nach dem System des Ritters von Linné erläutert, mit Kupf. gr. 8. 780.* 20 gr.
- Schreber's, I. C. D., *Beschreibung der Gräser, nebst ihren Abbildungen nach der Natur, 1fter Theil in 5 Abtheilungen, und 2ten Theils 1ste, 2te und 3te Abtheilung, in Folio mit illuminirten Kupfern. 769 bis 779.* 11 rthlr. 8 gr.
- Ebendasselbe *in Folio, mit schwarzen Kupf.* 7 rthlr. 2 gr.
- Seneca's, L. Ann., *physikalische Untersuchungen, a. d. Latein. übersetzt und mit Anmerkungen versehen von Fr. E. Rulhkopf, 1fter Theil, gr. 8. 794.* 1 rthlr.
- Weigel's, Chr. Ehrenfr., *Einleitung zur allgemeinen Scheidekunst, 1ter bis 3ten Bds. 2ter Theil., allgemeine Bücherkunde, gr. 8. 788-794.* 9 rthlr.
- Widenmann's, J. F. W., *Handbuch der Mineralogie, mit einer illuminirten Farbentabelle und einem Kupfer, gr. 8. 794.* 3 rthlr.



Seiden & Neuberger del.

Schumann sculp.









Boletus s. Trichia etc.

Asperula etc.








L. Schmitt

Byman del.





3.



5.



4.




6.



Stictis s. clavata Pers.

Stictis s. clavata Pers.







L. Jordan del. nat. det. et. fac.



1.



2.



6.



3.



5.




4.



Andria e. Borealis. Del.

Sigismund Jäger.





18 WB 227. (1)

WB 18

ULB Halle 3
006 986 482





NOVA
G E N E R A
P L A N T A R V M.

AVCTORE

HENRICO ADOLPHO SCHRADER.



PARS PRIMA.

CVM TABVLIS AENEIS COLORATIS.

LIPSIAE 1797.

APVD SIGFRIED LEBRECHT CRVSIVM.

Sp 512.2^o

